



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica

Ab Anno Christi 1204. Usque Ad Annum 1230

Fleury, Claude

August. Vind. [u.a.], 1763

VD18 90118030

§. 58. Friderici & Regis Hierosolymæ fœdus.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66406](#)

ras Interdicto Ecclesiastico ferirent. Hæc Sæcul. XIII.
 omnia ex Epistola Pontificis, ad Episco- A.C. 1223.
 pos Scotiæ die decima tertia Februarii
 anno millesimo ducentesimo vigesimo ^{7. ep. 75.} R. 1223.
 tertio Romæ data, cognoscimus. ^{n. 50.}

§. LVIII.

Friderici & Regis Hierosolymæ fædus.

Colloquium, quod Honorius Papa in
 causa Belli sacri ad Festum S. Mar- <sup>Rit. de
S. Ger.</sup>
 tini hoc anno millesimo ducentesimo
 vigesimo secundo Veronæ celebrandum
 indixerat, non prius quam anno sequen-
 te Ferentini in Campania habitum est.
 Adsuerunt Fridericus Imperator, ex Si-
 cilia regno suo advectus, Joannes Rex
 Hierosolymæ, qui cum Patriarcha mare
 trajeccerat, Episcopus Betblebem, Magi-
 ster Hospitaliorum, Præfectus Templi,
 Magister Equitum Teutonicorum, mul-
 tique alii ex diversis Regionibus viri.
 Papa quoque, et si crure altero male af-
 fecto, Roma advenit. Postquam igitur
 de negotio sacræ professionis diu mul-
 tumque deliberatum, promisit Impera-
 tor, se a Feste proximo S. Joannis intra
 biennium, nempe intra annum millesi-
 mum ducentesimum vigesimum quin-
 tum, in Terram sanctam iter esse
 suscepturnus, promissumque jurejurans.

R r 3 do

Sæcul. XIII. do contrarivavit, atque ut istud pacum
A. C. 1223.

multo magis ratum esset, ad illud quoque publice & edito jurejurando se obstrinxit, quod Jolandam, Regis Hierosolymæ filiam, tori consortem accepturus esset, quandoquidem Constantia Imperatrix Friderici uxor anno superiori e vita decesserat. Papa, data ad Philip-pum Regem Franciæ Epistola, quæ in hoc Colloquio acta essent, retulit, exhortans ad succurrentum Terræ sanctæ sua conferret, subditosque suos mitteret, quibus filiorum suorum alterum expeditionis 7. ep. 176. ap. Rain. 1223. Ducem daret. Duos enim habebat, Ludoicum, qui parenti successir, & Philip-pum, dictum Comitem Claromontanum. Similes literas Papa ad Regem Hungariæ, Regem Angliæ aliasque dedit.

*Alb. Stad.
an. 1222.*

n. I.

*for
den
nos
Qu
nis
zan
pan
tot
fio
tin
in
de
run
om
tat
ser
sic
C*

§. LIX.

*Patriarchæ Alexandrini ad Papam
Epistola.*

*Chron.
Orient. p.
118.
Vansleb.
p. 325.*

Sub idem tempus Epistola Nicolai Patriarchæ Alexandrini Honorio Pontifici redditur, quam aliquis de familia Regis Hierosolymæ attulerat. Nicolaus Patriarcha Melchita sine dubio fuerit, nam Sedes Coptorum seu Jacobitarum vacabat post obitum Joannis, Abibala filii, ex illis Patriarchis numero septagesimi quarti, in Festo Epiphaniæ, die sexta